# Abbey of St. Nicholas at Anjou.

THIS Abbey was founded by Fulk Earl of Anjou in the year 1120, as appears in Dugdale's extract from a Manuscript Chronicle of the House. The Empress Matilda granted to it several Churches in England. Pope Eugenius also confirmed the donations to it.

## Abbatia S. Nicholai Andegavensis.

### NUM. I.

*Historia Fundationis ejusdem.*

[Ex Chron. MS. S. Nicolai Andeg.]

LE primier fondateur de l'eglise et abbaye de S. Nicholas a este Foulques dit Nera, comte d'Aniou, fils de Geofray surnomme Tunica-grigâ, ou, selom le langage du pays lors, Grisogonelle. Cete primiere fundation ou dedication fut faicte en l'an dapres l'incarnation MXX. aux calendes de Decembre, en l'honneur des saincts Nicholas archevesque de Nyche, de S. Hierosme, et de S. Lazare dit le bien ayme de Jhesus Christ.

Ce fut un evesque d'Angers nomme Hubert qui en solemnisa cete primier dedicace en l'an MXX.

Le primier abbe fut un moine celebre, nomme Baldricus, tire du monastere de S. Martin de Tours.

Les fundations et donaisons faictes par ce Foulques Nera furent faicte par lui l'an xxvii. du regne de Robert filz de Hugues surnomme le grand.

Geofrai Martel, filz du dit Foulques Nera ayant succedè au compte, fist plusieurs donations à iceluy monastere, qu'il fist confirmer et authoriser par le roy Henry premier, lors roy de France l'an MXXXVII. es kalendes de Mars, dans le monastere de Sainct Aulbin d'Angiers, l'an xxvi. de son regne, et confirma tout ce que son pere avoit donne, en presence de Hubert evesque d'Angiers, et de Guillaume, et Geofrai comtes de Poictiers, de Hubert comte de Maine.

Le troisiesme fundateur et beinfacteur de ce monastere a este Foulques surnomme Rechin, au temps du quel, le Pape Urban, second du nom, dedi à l'eglise de ce monastere qui fut l'an dapres l'incarnation du Filz de Dieu le MXCVI. le viii. de son pontificat. Ce pape fist transporter le corps de Geofray Martel (qui avoit este enseueli dans le chapitre du dit monastere), dans la chappelle de Saint Andre, qui est appelle d'ans l'ancien cartulaire la nef de l'eglise di celui monastere, aupres de'lautel appelle de S. Andre, ou il repose encore à present.

Ce pape confirma et authorisa tout ce, que les precedents fondateurs avoient donne et octroia de grandes indulgences aux fidelles qui visiteroient cete eglise, &c.

Cete confirmation fuit faict par le dit pape, dans le chasteau de Sable en Aniou, le xvi. des kalendes de Mars indictione iiii. anno ab incarnatione Domini MXCVI. Urbani II. pape viii.

La femme primier de Geofrai Martel s'appelloit Agnes; sa mere s'appelloit Hildegardis, femme de Foulques Nera; vivoient en la troisiesme lignee de nos rois de France, du temps de Philippe primier.

Ce Geofrai Martel se maria en seconde nopces avec Mathilde fille de Henry roy d'Angleterre. Cete princesse en nostre cartulaire est appellee imperatrix; et ce fut elle qui lega et donna plusieurs eglises et prieures aux abbes et moynes de S. Nicolas, qui sont en Angleterre, dont elle en avoit lors la disposition (estant sortie des roys Angloys). Ces eglises, prieures, abbayes, et aultres sont appelles en nostre cartulaire; les uns de nom, et tiltre de Spalingue, de Kirkebere, Guinugâ, de Guilgetonâ, de Holbechâ, de Soffflecho, cum earum elemosinis.

### NUM. II.

*Carta Mathildis Imperatricis, de diversis Ecclesiis in Angliâ.*

[Ex autog. penès Abbatem et Conventum S. Nicolai Andeg. Anno MDCXLVIII.]

MATHILDIS imperatrix, regis Angliæ filia, omnibus suis Angliæ, tam sanctæ ecclesiæ, quàm secularis potestatis, prelatis et subjectis, Francis et Anglis, et in burgo et extra burgum, salutem. Sciatis me gratuito concedere et confirmare, ut elemosinæ, quæ in Angliâ datæ sunt ecclesiæ sancti Nicholai Andegavensis, sint stabiles à quocunque fuerint ei datæ, sive tempore avi mei Willielmi regis Anglorum, sive successoris ejus filii Wil. avunculi mei, Anglorum regis, seu patris mei H. subsequentis regis Angliæ. Inter quas elemosinas majores habemus, ecclesia de Spalinguâ,[a] cum elemosinis ei datis, ecclesia de Kirkbeiâ,[b] cum elemosinis ei datis; et ecclesia de Guninugâ,[c] cum elemosinis ei datis; et ecclesia de Guilgetonâ,[d] cum elemosinis ei datis, et ecclesia de Holbechâ,[e] cum elemosinis ei datis, et ecclesia de Soffleto,[f] cum suis elemosinis; volo igitur et constanter præcipio, ut ita liberè et honorificè monachi præfati sancti Nicholai ecclesiæ, præmemoratas elemosinas; et præter istas cæteras omnes ei datas in Angliâ teneant, tempore meo, ut eas unquam liberiùs et honorabiliùs et quietiùs prædictorum antecessorum meorum temporibus tenuerunt, et cum eisdem consuetudinibus; præsentibus tunc Henrico filio meo, et abbate Johanne; quo intercessore istud concessi, et Gaufrido filio Garini; et Rich. capellano, et Folcomaro Cavillâ, et Sansone camerario; et Geraldo Goveslâ; et Herberto clerico; et Willielmo de Angerivillâ, cum multis aliis.

### NUM. III.

*Bulla Eugenii Papæ.*

[Ibid.]

EUGENIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Bartholomæo abbati monasterii sancti Nicholai secùs Andegaviam, ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum. Quotiens illud à nobis petitur, quod religioni et honestati convenire dignoscatur, animo nos decet libenti concedere, et petentium desideriis congruum impertiri suffragium: eapropter, dilecte in Domino filii Bartholomææ abbas, tuis justis postulationibus clementer annuimus, et præfatum beati Nic. monasterium, cui, Deo auctore, te præesse novimus, sub beati Petri et nostrâ protectione suscipimus, et præsentis scripti privilegio, communivimus; statuentes, ut quascumque possessiones quæcumque bona idem monasterium impræsentiarum justè et canonicè possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum, vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc duximus propriis exprimere vocabulis de Verlenceio, de Magneriâ, &c. in episcopatu Pictaviensi, ecclesiam de Monsteriolo, cum capellâ sanctæ Mariæ de Liniaco, &c. In episcopatu Constanciensi ecclesiam de Sanctonio.

In Angliâ, in episcopatu Lincolniensi, ecclesias de Guinugnâ, de Spalingâ, de Pinchebeche, de Sufflet, de Meltonâ, de Gueltonâ, de Altebergiâ, de Scirbecciâ, de Stiqueneiâ, de Gungutoniâ; in episcopatu Cestrensi, ecclesias de Quirquebeiâ, de Neobald, de Costfort, de Langue Lelefort, de Peti Lelefort, de Esgenellâ, de Palintoniâ, de Wilebroc, de Guapinberiâ, de Sernefort, de Senistonâ, de Neolham. Quæcumque præterea bonæ memoriæ Falco Andegavensis comes, et prædecessores ejus, legitimè prædicto monasterio donaverunt, &c. Ego Eugenius, catholicæ ecclesiæ episcopus, subscripsi. Ego Gregorius, presbyter cardinalis tituli Calisti, subscripsi, &c.

[*Vide plura (in tomo primo), in Spalding, inter Cœnobia Benedictina.*]

[a] Spalding in com. Linc.
[b] Monkskirby, in com. War.
[c] Wenge in com. Buck.
[d] Willoughton in com. Linc.
[e] Holbeche.
[f] Et Sufflet in com. Linc. Vide Cart. 4 Edw. II. n. 95. Et pat. 2 Edw. IV. p. 3, m. 29.